loquamur; Hanc enim recte nobilitatem solempnitatis dicã.
quia solempnitates ceteras antecedit. Sicut enim in sacro
eloquio scã scõrum uel cantica canticorum · pro sui magnitudi
ne dicuntur · Ita haec festiuitas recte dici potest solempnitas
solempnitatum; Ex hac quippe solempnitate exemplum nobis
resurrectionis datum est · spes caelestis patriae aperta est; fac
ta superni regni iam presumptibilis gloria; Per hanc electi qui
quamuis in tranquillitatis sinu tamen apud inferni claustra
tenebantur · ad paradisi amoena reducti sunt · Quod ante
passione sua dixit · In resurrectione sua dñs impleuit · Si ex
altatus fuero a terra omnia traham ad me; Omnia &enim
traxit qui de electis suis apud inferos nullũ reliquid ·, Omnia
abstulit · utique electa, Neq; &enim infideles quosq; & pro su
is criminibus aeternis suppliciis deditos · ad ueniam dñs resurgen
do reparauit · Sed illos ex inferni claustris rapuit · quos suos in
fide & actibus recognouit; unde &iam recte per osee dicit;
Ero mors tua ó mors · ero morsus tuus ó inferne · Id namque
quod occidimus · agimus ut penitus non sit · Ex eo &enim quod
mordimus · partem abstrahimus partemq; relinquimus;
Quia ergo in electis suis funditus occidit mortem mors mortis ·
extitit; Quia uero ex inferno partem abstulit & partem
reliquid · Non occidit funditus infernũ sed momordit; Ait er
go; ero mors tua ó mors · Ac si aperte dicat; quia in electis
meis te funditus ꝑimo; Ero morsus tuus inferne · quia sublatis
eis · te ex parte transfigo; Quae est ergo ista solempnitas ·
quae inferni claustra distruxit · & ianuas nob regni caelestis ape
ruit · Inquiratur sub alius nomen eius · requiratur egregius
ꝑdicator; uideamus quid de eius aestimatione denuntia&; Ait enĩ,
&enĩ pascha nrm̃ immolatus est xp̃s; Si igitur pascha xp̃s pensan

·II·

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc271/0032